

**Nicolai Svsii E Societate Iesv Opvcvla Litteraria**

**Suys, Nicolas**

**Antverpiae, 1620**

Scena II.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69342](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-69342)

## SCENA II.

LYDV.S.

O barathrum, vbi tu es? vt ego te usurpem lubens?  
 Video nimio iam multo plusquam volueram,  
 Vixisse nimio satius est, quam viuere.  
 Iam decollauit omne mihi consilium. Hei!hei.  
 Væ illis virgis miseris, quæ hodie in tergo morientur  
 meo.  
 Domum redeam: hero nuntiem: occisisimus siem  
 Mortalium omnium. Mox, cur non tecum eum?  
 Neuolt: tu fortior, vi decuit hoc agere facinus.  
 Ita Herkle tres validos ego iuuenes solus feram;  
 Et quartum istum sesquipede aqualicolo,  
 Qui solus mihi humeros pondere frangat suo:  
 Domum redire tutum non est, nec tutum subsistere.  
 Hoc tamen est potius: huc conceda ad eos intus simul:  
 Prandebo, cœnabo, tergeboque calices,  
 Euerram patinas; certè Herkle vbi laute mihi  
 De cœna prouisum atque prandio; si quid humeris  
 Incumbat oneris, fortior ad ferendum ero,  
 Quam si iejunus vmos ferre cogar integras.

## SCENA III.

DAV.V.S.

LYDV.S.

Durum Herkle negotium est homini seruo, neque  
 Unquam caret negotio, etiam dum caret.

Q. A.

De